

*pro vestre arbitrio voluntatis et placeat vobis mihi precipere parato in omnibus, que iusseritis, obedire*⁸⁹.

Tricesima prima est dubitatio, cum querere videtur orator, utrum de duobus potius aut quid de pluribus potissimum dicat, hoc modo: *Offuit eo tempore plurimum rei publice consulum*^k – *sive stultitiam sive malitiam dicere oportet sive utrumque*. Item: *Cum istud es ausus dicere, homo omnium mortalium, quero, quonam*^l *nomine appellem te digno tuis moribus?*⁹⁰

Tricesima secunda est expeditio, cum pluribus rationibus enumeratis, quibus aliqua res fieri aut non fieri potuerit, cetera tolluntur, una relinquitur, quam concedimus⁹¹, hoc modo: *De necessitate oportet, ut, cum certum sit te servum patris istius pupilli fuisse, ostendas te aut censu aut vindicta aut testamento liberum factum esse. Censu liber fieri non potuisti, cum nullus appareat, qui pro te censum patrono tuo erogarit. Vindicta liber fieri minime potuisti, cum apud pretorem*^m *tuus non manumiserit te patronus, nec virga pretoria appareas*ⁿ *emancipatus. Ex testamento non es factus liber, cum de te in testamento patroni nulla mentio habeatur. Relinquitur ergo, ut tu de potestate pupilli huius esse*^o *vel te subtrahere*^p *fraudulenter*⁹².

Tricesima tertia est dissolutio, que, coniunctionibus verborum e medio sublatis, separatis partibus effertur⁹³, hoc modo: *Quia, sicut ferri durities cunctorum species metallorum edomat, sic lingue plectrum in verbi fortitudine consuevit irarum flammam extinguere, elatas cervices deprimere,*

k) consilium Hs.

l) nam quo Hs.

m) prestorem Hs.

n) apareas Hs.

o) übergeschrieben, so Hs. statt sis

p) so Hs. statt subtraxeris

89) Vgl. Rhet. Her. IV 39. Heinrich hat das Beispiel des Auctors umgeformt in die Sprache des Mittelalters. Dieselbe Thematik in ganz knapper Form bei Guido Faba, Summa dictaminis CXXVIII, G a u d e n z i S. 361; etwas ausführlicher bei Bene Florentinus, Candelabrum II 32, A l e s s i o S. 58 und bei Bonus Lucensis, Cedrus Libani XXIV 30, V e c c h i S. 33.

90) Definition und beide Beispiele vgl. Rhet. Her. IV 40.

91) Vgl. Rhet. Her. IV 40.

92) Ein völlig parallel aufgebautes Beispiel (mit anderem Rechtsinhalt) findet sich an der entsprechenden Stelle beim Auctor (IV 40) und bei Bene Florentinus, Candelabrum II 34, A l e s s i o S. 59. Zum Inhalt bei Heinrich (Manumissio) vgl. Cicero, Topica 10: *Si neque censu nec vindicta nec testamento liber factus est, non est liber; neque ulla est earum rerum; non est igitur liber.*

93) Vgl. Rhet. Her. IV 41 (dort in der Mehrzahl der Hss. *dissolutum* statt *dissolutio*; vgl. A c h a r d S. 179).